



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 27. San-Valentinus Comes ab Albano Duce ad Papam ablegatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

## §. XXVII.

Sæcul. XVI.  
A C. 1556.*San-valentinus Comes ab Albano  
Duce ad Papam ablegatus.*

Albæ Dux indignatione merito inde concepta San - Valentinum Comitem ad Pontificem ablegabat, qui quereretur, quod non solum exules Neapolitanos, ac Florentinos receptaret, sed etiam jure gentium violato Philippi Regis ministros, cum per Italiam veredariis equis veherentur, intercepisset, & Regis literas resignasset, ac Romæ nuper Vegam Regis Oratorem, cujus Personam quam maxime venerari debuisset, in carcerem injuriose conjecisset: earum ergo injuriarum, quæ dillimulari non possent, nisi pro iis satisfaceret, ultorem fore Philippum addebat. Insuper Albæ Dux adhuc magis exacerbabatur ex eo, quod Pontifex die vigesima septima Julii præcepisset, ut Alexander Pallantierus ærarii Pontificii Quæstor, necnon Sylvester Aldobrandinus Cardinalitii Senatus Advocatus exponerent, quod Pontifex Marcum Antonium Columnam anathemate percussum suis ditionibus spoliasset, simulque sub iisdem censuris, ne cujuscunque conditionis Personæ eidem ullo pacto auxilium præberent, prohibuisset, hisque poenis pariter Imperator, ejusque Filius

*Pallav. n. 1.  
Thuan. l. c.  
Pallav. n. 6.  
Es 7.  
Act. Consist.  
27. Jul.  
1556.*

Sæcul. XVI. Filius Philippus Rex jam obnoxii fo-  
A. C. 1556. rent, ut proin prædia Ecclesiastico Do-  
 minio subdita amisissent, dum lucu-  
 lentis comprobatum exstet argumentis,  
 quod Columnenses anathemate percul-  
 sos foverent, eisque milites, ac pe-  
 cunias suppeditarent, imo contra ipsam  
 sedem Apostolicam aperte quædam mo-  
 lientes, Ecclesiæ ditiones infestis armis  
 invadere pararent. „Hanc ob rem, pro-  
 „sequebantur præfati Ministri, petimus,  
 „ut ad discutiendam hanc causam Car-  
 „dinales nominentur, necnon ad eorum  
 „relationem in utrumque Principem  
 „excommunicationis sententia vibretur,  
 „eorumque subditi a fidei Sacramento  
 „soluti, Regnumque Neapolitanum suo  
 „Principe orbatum declaretur, illudque  
 „alteri per Papam seligendo traderetur.”

Postea summus Pontifex perceptis  
 eorum postulatis respondit, se hac super  
 re cum Cardinalibus deliberaturum,  
 quod etiam præstitit, postquam ambo  
 hi Ministri tam Quæstor, quam Ad-  
 vocatus recesserant. Ceterum in hoc  
 confesso Cardinales Galli de Cæsare,  
 ejusque Filio cum debita submissione  
 loquebantur, inde vero Papa in utrum-  
 que Principem eo vehementius excan-  
 descere cœperat: Cæsarei Papam ver-  
 bis non nihil ambiguis laceffebant, quæ  
 tamen duntaxat ad differendam hujus  
 causæ

causſæ deciſionem tendebant: ceteri Sæc. XVI.  
 vero Cardinales Paulo IV. penitus ad- A.C 1556.  
 dicti ſummopere Pontificiam extolle-  
 bant auctoritatem, ac ultra modum  
 prudentiam, ſtadiumque Pontificis exag-  
 gerantes aſſerebant, quod huic malo  
 remedium opponere penes ipſum ſolum  
 eſſet, ac proin omnia prudentiæ ejus  
 committerent. Hoc itaque Senatu re  
 infecta ſoluto Pontifex fœdus in Galliis  
 eſſe concluſum perceperat, mox vero  
 Albæ Dux, qui ſe Quæſtoris poſtulata  
 ignorare ſimulabat, San - Valentinum  
 Comitem ad Papam ablegabat, ut Ve-  
 gam Philippi Regis Procuratorem libe-  
 rum dimitti peteret, ſimulque querere-  
 tur, quod Vir publica dignitate inſi-  
 gnis abſque cauſſæ cognitione cap-  
 tivus detineretur. Sub idem tempus  
 Sarrix Marchio Caroli Cæſaris Legatus  
 obtenta alloquii copia ſe diſceſſurum  
 officioſe Pontifici ſignificabat, ac die  
 tertia Menſis Auguſti Roma excedebat.

## §. XXVIII.

*Papæ reſponſum ad San - Valentini  
Comitis querelas.*

Verum San - Valentinus Comes mi- Pallav. c. 18.  
 nus benigne excipiebatur a Ponti- num. 1.  
 fice; hic enim ira commotus eidem re- Act Conſiſt.  
 ſpondit, quod querendi cauſſas, quas 7. Aug. 1556.  
 Albæ Dux proferret, Sacro Collegio Thuan. l. 17.

*Hiſt. Eccleſ. Tom. XLII.*      Ce      ex-